



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 12. Quomodo ijs, qui falsò se, cum Cræso felices judicarunt,  
resipiscendum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

cum se quoque hominem esse cognosceret, qui alium hominem, qui inferior non fuisset opibus, vinum rogo traderet. Præterea veritum ob id pœnam, ac reputantem, nihil esse rebus humanis stabile, iussisse ignem celerrime extinguere jam incensum, Cræsumque deponi, & qua circa eum erant. Verum eos, qui ignem jam conabantur extinguere, non euasisse.

§. XII.

Quomodo is, qui falso se, cum Cræso felices iudicarunt, resipiscendum?

Huc usque Cræsi, diuitumque omnium, qui in opibus beatitudinem suam constituunt, miseria. Nempe ita & ipsi loquentur, cum diuite epulone in inferno, & damnatorum flamma cruciati. Ibi frustra, quia serò deplorabunt suam insaniam, cum non iam Soloni, sed neque ipsi Christo crediderint, qui non dixit: *Beati diuites*, sed *Beati pauperes*, itemque: *Vae vobis diuitibus*. Sed hoc vae nondum credunt, quia nondum sentiunt, alioquin & ipsi sibi facerent amicos de mammona iniquitatis. Nam audi, quid de Cræso memoret Herodotus, Iusserat iam Cyrus rogam dirui, pyramque extinguere, sed indomitam. ait igitur, *ibi Cræsum, cognita per Lydos Cyri pœnitentia cum*

Matth. 5.

Luc. 6. 24.

Luc. 16. 9.

Gg 5

cerneres

cerneret unumquemque, extinguendo deuolu-  
doque igni incumbentem, nihil tamen profici, et  
clamando innocasse Apollinem, ut ipsi adesset,  
quod ab eo donum illi gratum fuisset oblatum  
ipsumque presenti malo liberaret. Ita cum lo-  
chrymus Craso Deum innocente, nimbos repen-  
tè, cum serenum ac tranquillum esset, confite-  
retur esse, imbresque erupisse, ac vehementissimè  
aqua pluuisse, & rogam extinxisse: Non dispa-  
to cuius hoc ope acciderit. Illud hinc di-  
ti suadeo: Peccata tua eleemosynis redimas.  
Iterum o diuites, facite vobis amicos de ma-  
nna iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiat  
vos in aeterna tabernacula. Nam, ut S. Grego-  
rius Nazianzenus loquitur: Nullus cultus  
Deo perinde gratus est, ut misericordia eius  
de pauperibus. Nam primò, Deus vult quosdam  
pauperes, ut nos infirmitatis nostra submonent.  
Secundò pauperes iuuandi sunt: quia fratres  
nostri sunt, tum natura; tum imaginis Dei in  
Christo renouata; tum fidei, spei, dilectionis, &  
adoptionis diuinae, tum vite beatae respectu. Ter-  
tiò, quia ad Christum communem fratrem  
aspiramus. Quartò, quia cum nihil sit stabile in  
presenti, de opibus per pauperes in tuto colloca-  
dis est cogitandum. Quintò, ob infinita beneficia  
viri comoda, que ad tria renouari possunt, scilicet

Dan. 4.

24.

Luc. 16. 9.

S. Grego-  
rius Naz.

orat. 16.

de pauper-  
um amore.

licet ex malis praeservatio, salutis certitudo,  
praemiorum maxima fiducia. Sextò, quia Deus,  
qui innumera nobis contulit beneficia, iubet, ut  
pauca fratribus largiamur. Septimò, nihil tam  
Deo proprium, quam misericordia & beneficen-  
tia, ille autem nobis imitandus est. Octavò,  
pauperes sub speciali cura & providentia latent,  
teste scriptura. Nonò, quia in die iudicij electi  
ob eleemosynas factas calo, reprobis ob eas  
neglectas inferno adiudicabun-

tur.



INDEX